



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 29. Aliæ pacis negotationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

Sæc. XVIII.

A. C. 719.

§. XXIX.

Aliœ pacis negotiations.

Lafiteau l. c. Interim Abbas du Bois conciliacionis
pag. 166. nuper propositæ executioni sedul-
Vid. Pag. incumbebat, spe fretus, quod si Cano-
nalis Noaillius explicationes, quæ Pa-
risiis conficiebantur, rejecturus esset
§. 17. Rex, Regnique Regens eum Canonum
severitati permissurus foret: Horum
quæ agitabantur, ignarus Cardinalis
Tremollius, aliud conciliationis me-
dium excogitabat; cum enim probe
cognosceret, quod Noaillius nil nisi
Bullæ explicationes vel a Papa datae
vel ab eo approbatas peteret, hinc ipse
met Bullam explicare statuit, & Pon-
tifice consulto, imo etiam has explica-
tiones tanquam genuinum Constitutio-
nis sensum exprimentes approbante
eas unacum mandato, & Pontificia ap-
probatione in sua Cameracensi Diœce-
promulgare decrevit: si ergo Noaillius
has explicationes sic a Papa approba-
tas adoptaverit, & taliter Constitutio-
nem receperit, totum dissidium felice-
ter diremptum iri sperabat Tremollius.
Hoc suum itaque consilium exposuit
summo Pontifici, qui etiam dilaudato
hujus Cardinalis studio declarabat, quo
si suum mandatum tali modo, quo sumu-

Sed
esse
qua
quid
sibi
exe-
plet
hau-
tion
an r
essen
idor
Pon
cer-
ptat
Has
fifus
tur
de
tan-
bate
num
mis
Cler
cem
maj-
ret,
cuili-
unic
tion
alii
dam
Se
His

Sedi Apostolicæ & Noaillio satisfactum ^{Sæc. XVIII.}
esset, confidere posset, nil proprius esse,
quam prosperi successus felicitatem: Id
quidem Tremollius summa confidentia
sibi pollicebatur; Pontifex tamen binas
exegit conditiones, quibus non adim-
pletis hasce explicationes approbare
haud posset; prius enim hasce explica-
tiones examini, & doctiorum judicio,
an re ipsa Pontificia approbatione dignæ
essent, relinquì petiit, ac demum sibi
idonee caveri postulavit, fore, ut hæc
Pontificia explicationum approbatio sin-
ceram certamque Constitutionis accep-
tationem a Noaillio impetratura foret.
Has conditiones abs dubio impleri con-
fisius Cardinalis, rem aggreditur, jube-
tur a Papa desuper cum Cardinalibus
de Judice, & Caffonio conferre, ac
tandem ejusmodi explicationes per Ab-
batem Conti seu de Comitibus Missio-
num Sacerdotem confici, & a doctissi-
mis Viris examinari curavit, quas etiam
Clementi XI. die decima quinta De-
cembris obtulit: Verum Pontifex duo
majoris momenti capita, quæ carpe-
ret, offendit, ac primo quidem, quod
cuiilibet propositioni assignatus fuerit
unicus sensus, in quo ea in Constitu-
tione damnata dicebatur, proin omnes
alii sensus, qui per Bullam fuerant
damnati, excludi videbantur: alterum
Hist. Eccles. Tom. LXX. R erat,

A.C. 1710.



Sæc. XVIII. erat, quod non semper magis propriis
A. C. 1719. & naturalis cuiuslibet propositionis se-
sus fideliter fuerit determinatus, pro-
facile appellantibus cavillandi anfa re-
linqueretur, perinde acsi sensus prosci-
ptus non esset verus libri & propo-
num sensus: Ambos hosce defectus Ca-
dinalis Tremollius emendaturus, scri-
ptum composuit, illudque summo Po-
tifici unacum epistola, in qua suum
mandatum approbari rogabat, consigne-
re statuit; morte tamen præventus
hoc suum consilium exequi non potuit
mandatum vero suum cum explicationem
typo Parisios per Abbatem Conti, qui
sexta Januarii profecturus esset, trans-
mittere decrevit. Priusquam vero hi
Abbas adventasset, jamjam Abbas Du
Bois suas explicationes unacum Mal-
fillonio Episcopo Claromontano, P. de
la Tour Congregationis Oratorii Gene-
rale, & Abbatte Coveto confecerat
easque ab octoginta Episcopis ac pre-
cipue Rothomagensi, Sennonensi, &
Narbonensi approbandas ad Regni Re-
gentem detulerat: Die autem vigesima
tertia Novembris præfatus Generalis
illas Cardinali Noaillio exhibuit, qui
tamen respondit, se suam desuper mer-
tem non declaraturum, nisi prius illas
ceteris factio[n]is suæ Episcopis ac pre-
primis Bajonensi monstrasset.

§. XXX